DESCRIPTIO HORRENDI PARRICIDII ET NEFARIÆ PERDVELLIONIS A PAPANA religionis assertoribus designatæ in IACOBVM Magnæ Britanniæ, Galliæ & Hiberniæ Regem serenissimum,

in ipsum regnum, regiam sobolem, regnique ordines, & optimates

5. Novemb. 1605.

EDINBVRGI
EXCVDEBAT ROBERTVS CHARteris Typographus Regius. An. Dom. 1606.
Cum Privilegio Regali.

IACOBO SERENIS-SIMO REGI MAGNÆ BRITANNIÆ GALLIÆ ET HIBERNIÆ, GRAtia, pax, & salus in Christo sempiterna.

CVM & veriorum hominum literæ, & fama multorum ad me perlatum esset, hactenus me impiorum insanientium furorem regis regnique Britannici patricidio sese obstrinxisse: Quamquam non ignorabam quàm imprudenter facerem, qui commentationem hanc minùs accuratam, adeoque indignam sacrosancto auribus regis omni doctrina & virtute ornatissimi, in apertum proferrem: malui tamen temerè quæ mihi ea de re in mentem venirent, quamvis animo minùs elaborata, expromere, & festinationi meæ morem gerere, quàm observantiam eam primo quoque tempore non testificari, qua semper, pro eo ac debui, maiestatem regiam mihi à pueritia cognitam colendam existimavi; palamque facere quàm superè tenuerint omnium animi de regis suo clementissimo, bene semper, & ubique de rep. & ecclesia vera merentes, bene etiam semper & ubique existimentes, & à tanta nefaria perduellionis immanitate abhorrentes, sic enim animo meo satisfactum habens, quæ undique in hanc rem [illegible] & tumultuariè collecta memoria complexus essem, [illegible] fore, tuamque maiestatem, quæ ab animo tuo studiosissimo profecta sint, æqua bonique consulturam. Vale regum, quos terra sustinet pientissime, pacis, purique religionis tuendæ studiosissime. Cuius Maiestatem eamque familiam omni benedictionum genere cumulatam Deus Opt. max. in perpetuum conservet.

T. M. bene volentiæ tuæ summè semper obligatus,

Alexander Iulius.

EDINBVRGI
EXCVDEBAT ROBERTVS CHAR-
[illegible] Typographus Regius. An. Dom. 1606.
Cum Privilegio Regali.

DESCRIPTIO HOR

RENDI PARRICIDII ET NEFARIÆ

PERDUELLIONIS A PATRANO

religionis assertoribus designata

IACOBO Magnæ Britanniæ, Galliæ
& Hiberniæ Regem serenissimum

CVR laceram præter solitum circumdata pallam,
Ora rigans lachrymis, tam mœsto lurida vultu,
Musa mihi appares, velamina sparsa cruore?
Scilicet hos inter lachrymas & sanguine rerum,
Panditur hîc facies & lamentabile regnum
Cujus in excidium manus est jurata latronum
Cujus & exitium perfusum sanguine cœlum.
Et furijs agitata bonum regalis nota
Pascua linquentes, saltus, armenta, movebant
Moliri insanas, extincto Cæsare, mentes.
Primus in orbe pium lethali vulnere fratrem
Impius obtruncat frater, sic semina litis
Primitiæ sobolis primi severe parentis.
Hinc odijs sanctam exercet gens impia gentem,

Sæuitiem? Colono sanguine Rhenus
Regna, & cognato insontum maduere cruore.
Vespertina sacris Sicula regionis in vrbe,
Trinacriam undantem peregrino sanguine iuso,
Hostibus impositis soluit, Dominoque potente.
Quid Phalarim Phario conclusa ære cremantem?
Aut illaudati referam Busiridis aræ?
Matricida Nero materno sanguine dextram
Polluit, & siccis extinctam spectat ocellis.
Nec minus immani cæde atque cupidine ferris
Ebria sanctorum, necdum saturata cruore
Gallia, ceu vesana ruens per ouile leæna.
Si memor hic volvens veterum monumenta virorum
Persequar externæ, ac exempla domestica cædis:
Victima quæque nova specie feritatis obortæ,
Præteritis renuent concedere sæcula sceleris.
Hic vero, nequid venturi temporis ævi,
Insuper accedat summis immanius ausis,
Concilium peragunt jam lucis egentia regna,
Contulerantque simul stygio Iove præside fœdus
Consilium, quæ mobilia tenent caliginis umbras.
Protinus huc cœunt dirarum turba sororum,
Cœca nocte satum graue & implacabile numen.
Tisiphone sævo in fontes armata flagellos
Luctifica Alecto torpenti infecta veneno
Tartareæque ciet præsentia monstra Megæræ.
Concilium; ternæ pelles cognomine diræ:
Serpentum paribus spiris pro crine revinctæ.
Hic Bellona potens belli est, Discordia demens
Vipereos crines vittis quoque nexa cruentis.
Multaque præterea variarum monstra ferarum

Queis

Queis iræ, insidiæ, rubor, crimina, noxia cordi
His placitum magni regnum tentare tumultu,
Et jubar infernis sceptra obscurare tenebris:
Et patriæ validas in viscera vertere vires:
Fatalem imperiis regnorum avertere regem,
Regnaque convelli regnis contraria Divis,
Sedibus hinc imis, flexibique silentibus umbris
Emissæ Eumenides, supera hæc convexa petebant:
Sanguine perfusæ ingunt velamina pallæ,
Arma, faces, torti, fusis procedunt imbribus angues,
Armaque sunt liquidi fœdalia monstra veneni,
Terror eas, luctus, lacrymæ comitantur, & anxi
Cædis amor, rabies, & cæcæ oblivia mentis,
Præcipitur ne Divis honos, infracta vetustas
Fama loco: variis cumulant se mille furoribus orbem
Quique ministerium non Marte, sed arte fovebant
Inventi foris atque domi, nova monstra tyranni:
Queis ubi vipereas primum cæpere profanis
Inspirare animas, cum corpus fœdum in
Concipiunt nostræ monstra Gradivi lapsa per aures venenum,
Humanos pelago secundo mentesque
Et secura Dei mortalia pectora, armorum
Felle virent, opibus cumulo sua pectora
Felicisque bonis, pura & pietate virentis
Carpuntur regis, dirisque immanibus agitur
Exoptant cupidæ oblivia malefida
Regifici luxus, nullum nubilo se superbus
In facinus trahitur proni demens cordis
Corda micant exhausta pavor, & vox faucibus hæret,
Arrectæque horrore comæ, tectique per
Inficiens, nullum lacrymis, lachrymisque

Mens meminisse nefas. Erabo crudele gementum
Flebilis vnde soror, quæ fortunam vel hostis
Vllane tam dirum dego ex
Vliane succubuit
Aut tam cruentæ
Omnia, præcipitat
Pulvere sidlu
Cum
Cum genere
Canitiemque
Fas omne
Impietas
Illa sit
Lux exempta
Obruta qua
Nec licet
Horrendi
Fraude sua
Clade rep
Tollere, sacratæ
Membra
Ceu Pelopis
Relliquias
Momento
Quæ fera Roma
Scilicet hæc
His sibi
Omnia, Roma
Cum

Roma dabit ſacris epuliſque accumbere Diuum.
Si tibi ſtuppa rudi ferro ſit miſta, tot alta
Pulveris in camera ferralis pondera condas,
Huc crudum linum, pice cum liquente feratur
Improba merces, ſolue, quatias fundamina, noſtis
Cum latro torrentes rapies in fontibus flammas.
Queis jaceant ſtrati reges & gloria deceptus
Oderunt ſuperi ſic Acheronta mouere.

At tu quem penes eſt lacerum ſemiſſere regni
Sancte parens, oculos huc defectis ab altis
Perſpicis infandis horarum in loc[illegible] paratas
Fraudibus, & dimm[illegible]
Signa dabas cum diis patrium man[illegible]
In tibi dilectum regem ſcelus omn[illegible]
Nocte latum, fugioque nefas im[illegible]
Tartareas inter tenebras Orcoque re[illegible]
Hic tibi ſelectum diuino numine regem
Impleſti, inſpirans veris, pandenſque nefandi
Cæca latrocinij damna exitialia quando
Pectore diuinos monitus Rex magne volutans
Concipis, inque imum fundamen & abdita ſummi
Sedulus inquiris recti, torquique parentis
Arte domum, famulos tua iuſſa canere ſegnes
Increpitans, ea tempuli pia cura remordet,
Inſidiæ tandem ſtructæ patuere dolique
Infandi, fractæque artes, fraudiſque miniſter
Prenditur, ut ſævus furijs agitatus Orestes

Ergo tibi accepram tot terra Britanna ſalutem
Magne parens rerum dulcis quem cura Britannæ
Sollicitat regis, regnumque & regia coniux
Primâque ſors thalami magni [illegible]

Cætera

Pulsque

Cætera cui cantæ sunt Regia pignora curæ,
Et procerum primi, matresque virique, penates,
Cuique foci sese debent, cum nocentibus, aræ:
Et tua cura tuus populus, sanctique senatus
Concilium summis regni de rebus habendum;
Quos tua (quæ miranda Dei est clementia nostri)
Dextra repentini rapuit de limine leti,
A rapidis cœli revocantur pignora flammis:
Lazarus ut cæco tumuli redivivus ab antro,
Sic duce te patrias olim remeavit ad oras
Gens tua, per varios casus discrimine mortis
Libera, & attonito fecit ad miracula vultu,
Testata accepta sibi grata voce salutem,
Triste renodatum est per te, pater optime, crimen:
Tristior è lacebris fraudis fabricator abactus
Quisque suis, lachrymans stetit judicis ante tribunal,
Cumque dolo infando perierit male monstra latronum.
Tuque adeo Rex Magne libens tibi pectore toto,
Et populo gratare tuo, lætare que salutem
A Domino acceptam pandat præconia linguæ.
In Domino exultent trepido præcordia motu,
O decus, ô lumen Regni & pax alma Britanni!
Jovæ incrementum magnumque, & maxima cura,
Vnum oculis spectans animo complectere Jovam!
Illius & merito puerum dignaris honore.
Illa etiam tangens animum pia cura fatigat,
Et populum pura sub religione tueri,
Sanctusque jura viris dare, quæ signata sequantur,
Quas tibi vis tantas & tot subjungere gentes,
Vt procul imperio sceleratum monstrum omne relegent,
Moribus & cultu domum, & ne regna inficiant.

Puraque

Puraque subjectas commendent dogmata gentes.
Interitum feritas jam ter molita leonum est,
Ter Deus assertum mediis de faucibus horum
Insontem eripuit, servaque a morte reduxit
Nec tamen (hæc quamvis tenebris inamabilis orcus
Barbaries sit nata virûm) nihil illa verendi
Numinis hîc peragit vis provida, fræna furori
Mentis & humanæ laxat stygioque parenti:
Et rabiem pressis contra compescit habenis:
Ne sopita diu mortalia pectora longo
Neglecta tractu sinerent torpere veterno.
Labimur hîc omnes lapsos hîc corripis ictis
Summe Deum, famulis mortalia pectora pungens,
Parce tuæ genti puræ pietatis amanti
Chara Dei soboles, meritas ne accendat in iras
Impius ille furor furum, quidnamne sinant,
Teque petunt causæ jugulum cœlestis, & optant
Tartareas truncо tenebras offundere regno.
Proxima quo cœlo Babylonia mœnia quondam
Sint æquata solo, tristi convulsa ruina
Quò jaceant invisa Deo regna impia, Cæsus
Pessum abeat mundi timor, atque infamia cœli;
Quæ de purpureo cecinere oracula leone.
Intemerata fides hominum commercia fugit,
Quos fidei Domino non alligat anchora Christo.
Fœderis insidiis nunquam capiere nefandis,
Vitandum ducens inimicum nomen amici,
Quod superest, qui regna soli metare tyrannis,
Reddis & incolumes per cuncta pericula servos
Consilia elatis odiis sceleratа retundens,
Da famulis facilem pro Rege precantibus aurem,

Marti-

Martyrio exemptus pro confessore colatur.
Tantaque splendori hæc accedat gloria fessæ.
Et liceat requiem & rebus sperare salutem,
Ad pœnam insanis pro libertate vocatis,
Hoste triumphato & lacerâ rem sistere regni.

FINIS.

DESCRIPTIONIS PRÆMISSÆ ELUCIDATIO.

Scilicet. Musa interrogata exponit causas habitus sui lugubris nempe sanguineam cœli faciem & armenta boum regalia furore capta, quę Regi & regno eximium impendium portendebant.

Primum orbe. Commemorantur vetera crudelitatis exempla tanquam minora ad amplificandam hujus latrocinii atrocitatem.

Hic vero. Ut nihil hoc scelere atrocius excogitari posse videatur, hûc omnes & satię omnem crudelium furiam congerentes adducuntur.

His placitum. De variis consiliis apud inferos habitis.

Sedibus hinc. Ablegantur furiæ ad integros, ut homines humanitate exutos inficiant veneno invidiæ, odii, superbiæ, ambitionis & avaritiæ, quibus adducti decreta concilii infernorum exequuntur.

Corda. Novitas horrendi facinoris paulo post expositi animum scriptoris attonitum reddit.

Illa

Illa sit è fastis. Imprecatio in diem tantæ immanitati destinatum.

Impietatis Adulterinæ religionis mali fructus, nempe cædes horrenda regum & principum, quibus tamen operibus scelleratis tribuuntur à Papistis divini honores & cœli janua panditur.

At tuquem. Dei providentia, cui reges imprimis curæ sunt nefaria puerduellio patefecit, animo regis persuadente rei veritatem, unde sedula inquisitio acta est.

Ergo tibi. Aguntur Deo gratiæ ob mirificam liberationem regis & regni totius ab horrenda illa eversione.

Tuque adeo. Exhortatio ad Regem ut dum vita supererit gratum se præstet Deo ob salutem acceptam.

Interitum. Ter petitum est regis jugulum, ter mirificè liberatur.

Nec tamen. Deus ipse qui satanę & impiorum hominum habenas in manu sua habet, convertit nefandam hanc perduellionem, vt cęteras hujusmodi afflictiones in commodum suorum nimirum vt his tanquam stimulis pij omnes excitentur ad vocationis suæ officia studiosius præstanda.

Parce tue. Ira Regis vertenda est in hostes Ecclesię & suos puręque doctrinę & vitæ osores.

Intemerata. Fœdera, siqua insidiosa sunt, prudenter cavenda.

Quod superest. Precatio pro regis & regni incolumitate.